Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



diuina probatur prouidentia ac bonorum spes vnica
illesa requiescit. Nam cum deus iustus sit vt omnes pie
vereque arbitrantur quis amplius dubitet et bonis
virtutum premia preponi, et malis facinorum penas preparari.
Qua quidem opinione sublata, non solum religio et
dei metus, sed ueritas ipsa vt sic dixerim, eo modo tollitur.
Nichil quippe ut Socrates inquit felicius foret in
quitate, si nequam homines morte obita a malis solu-
erentur, non enim malicia dum taxat sed peius omnique carent
cruciatu, ac perpetua adipiscerentur quietem nunc autem
cum deus ipse et pater et rex noster non opera solum humana
preuideat sed corda etiam scrutetur ac renes nec
quidquam tam abditum possit reperiri, quod ab eius di-
stet ac celetur intuitu, ac conspectum suum queat effu-
gere quis prosperitate confidat facinorum suorum aut
meritorum premia consequi desperet. Que quidem ra-
tio vt michi apparet platoni causa uel in primis fui-
sse perhibetur, ut plerique non a philosophis tantum
sed a prophetis vere sancteque animaduersa de animorum
beatitudine immortalitateque dissereret cum nullum bonum
a deo irremuneratum nullum malum impunitum iudi-
caret. Sed hec latius in decimo referentur libro. Nunc
autem ad socratem nostrum redeamus etc.

Platonis atheniensis philosophi illustrissimi celestis policie
liber quartus incipit feliciter. In quo Socrates data
responsione Adimanto felicitate publica ciuitatis, de
vnione suam potissimum laudat ciuitatem diuisionem
aliarum improbando, deque custodum diligencia et bona
eruditione, quidque putet esse iusticiam ac de tribus pro
gubernatione ciuitatis hominum in primis necessariis.
Capitulum primum vrbem felicem fieri non aduerbium dum taxat
in ea genus sed vniuersam respectando, Adimantus Socrates

Deus iustus

Socrates

Plato audit prophetas